



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiū Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Hermino Comiti. 253.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71898](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71898)

μὲν οἱ, ὡς οἱ φιλάρετοι, καὶ
αὐτῶν καὶ ἐαυτῶν τῶν ἀρετῶν π-
μῶσι, καὶ πρὸς μέλλοντας φερόμενοι
ροπολοῦντες μετὰ σιν αὐτῶν.

Δαροθέω λαμπεροτάτῳ. σιϛ.

Λίαν θαυμάζω καὶ ἐκπλήσσομαι,
πῶς οἱ φιλαμαρτημονεῖς ἀεὶ ἀποθνή-
σκουσιν, ὅθεν ποτε τεθνηκέναι νομίζου-
σι. Δὲ καὶ ζήτημα, ὡς γέγραφας, οἷόν
τε εἶναι σκῆνο τῶν πρὸς τὸν φάτο-
πλάσιος εἰρηδύον. ἢ δ' ἂν ἡμέρας
φάγητε ἀπὸ τοῦ ξύλου, γανάτω ἀπο-
θανείσθε. ὁ γὰρ κακοῦργος καὶ ὁ ἀν-
δροφόνος, τότε κείως ἀποθνήσκουσι, ὅ-
ταν τὸ νόμος ὡραζοῖται, καὶ τὸ ἀμαρ-
τημα ἐργάσσοιτο, καὶ δοκίμη ζῆτι. εἰ
γὰρ καὶ μὴ τῇ πείρῃ, ἀλλὰ γε τῇ
ἀποφάσει, καὶ τῷ δικαίῳ τεθνηκεν, εἰ
καὶ δοκίμη μὴ εἶπω εἰς τὰς τῶν νόμων
σαρκῶν ἐμπεπωκέναι. εἰ δὲ καὶ γάνα-
τον τῆς ἀθανάτης ψυχῆς οὐκ ἔσται πῶς
τῷ ἁγίῳ πνεύματος ἀποφοίτησιν. ἔ-
γὰρ καὶ τοῖς ἐν σῶματι καὶ παρὰ τὸ
ἀμαρτίας, καὶ ἐπινοείσθω. ὡσπερ γὰρ
τὸ σῶμα ἐν πάθει ψυχῆς, ἔστω καὶ
ἡ ψυχὴ παρόντος τοῦ γέως πνεύματος.
καὶ ὡσπερ ἀναχωρησάσης τῆς ψυχῆς
νεκρὸν ἰδύει τὸ σῶμα, ἔστω καὶ ἀποφοί-
τησαντος τοῦ ἁγίου πνεύματος ἀπο-
λέσει ἡ ψυχὴ πῶς μακαρίαν ζωὴν.
Ὅτι εἰς τὸ μὴ ὄν ἀναλυομένη, ἀλλὰ
γανάτω πάντος χαλεπωτέραν βίβωσα
ζωὴν. ἄφες γὰρ φησὶ τὸς νεκροὺς
θάψαι τὸς ἐαυτῶν νεκροὺς. καὶ ὁ υἱὸς
μου ἔστω νεκρὸς ὑμῶν καὶ ἀνέστη. τὸ
γὰρ λεγόμενον παρὰ πῶν ὅτι πρὸς
τὸ χιλίον ἔτη συμπληρώσας ἐτε-
θήκεσαν. γέγραπται γὰρ μία ἡμέρα
κείως ὡς χιλία ἔτη, ὅτι ἀγνοούμενοι
πῶν εἶναι μοι δοκεῖ, καὶ τοῖς ἀπλῶ-
τέροις μᾶλλον εὐπαράδειλον.

Ἐμμένω κόμπη. σιγ.

Ἐπειδὴ γέγραφας, λόγον μᾶλλον

rerum iudicium corruptū habent: partim
denique ne quicquam quidem post hanc
vitam esse arbitrantur. Nam probi ac vir-
tute præditi tum ipsam per se virtutem co-
lunt: tum futuras coronas animo & cogi-
tatione complectentes, eam cōsectantur.

Dorotheo clarissimo. 252.

Vehementer miror ac stupore defigor,
quī fiat, ut ij, quos peccata delectant, cum
semper moriantur, nunquam tamen mor-
tuos se esse existiment. Vnde etiam, quem-
admodum scripsisti, in quæstionem illud
venire potest, quod ad primò fictos homi-
nes dictum est, in quacunque die de ligno
comederitis, morte moriēmini. Facinoro-
sus enim ac sicarius tum demum propriè
mōtitur, cum leges violat ac scelus admit-
tit: quantumlibet alioqui vitæ vsura frui
videatur; Nam & si nondum re ipsa, at, si
sententiâ ac sus spectes, mortuus est: etiâ si
nondum in legum laqueos incidisse videa-
tur. Quòd si quis etiam immortalis animæ
mortem Spiritus sancti abscessionem esse
definit (neque enim in corpore peccatis
obnoxio domicilium habebit) sic quoque
hunc locum intelligere licet. Ut enim cor-
pus præsentē animā vivit: sic etiam animus
diuino Spiritu præsentē. Et quemadmodū
recedente animā corpus mortuum manet:
sic etiam recedente Spiritu sancto, vitā
beatam vitam amittet; non quidem illa in
nichilum dilabens, verum morte quavis
acerbiorem vitam ducens. Sine enim, in-
quit Christus, mortuos sepelire mortuos
suos. Ac rursus: Filius meus hic mortuus
erat, & resurrexit. Nam quòd nonnulli
dicunt, quòd ante mille annorum com-
plementum mortui erant (Scriptum enim
esse, Vnus dies Domini tanquā mille anni)
si non ignoretur, probabile mihi esse vi-
detur, atque eiusmodi, quòd à simplicio-
ribus potius excipiat.

Hermينو Comiti. 253.

Quoniam scribis me Orationem (vel
T: ij

si verè loquendum est, Oratiunculam potius) de eo, quòd factum non sit, elucubrasse, quæ à nonnullis quidè mirificis laudibus fit, à nonnullis autem, aliis libris, qui de hoc argumento à quibusdã elaborati sunt, præstantior habita sit, atque, vt eam ad te mittam, præcibus à me contendis, idcirco eam mitto. Tu verò ne famæ iudicium in sententia ferenda sequere: verum eam accuratè perpende atque explora. Ac si ea commodè à me scripta sit, Deo gratiam habe: sin autem in ea quippiam desiderari videatur, humanæ imbecillitati, quæ minime, vt cupit, loqui potest, ignosce.

Paulo. 254.

Quandoquidem amor ex aspectu oritur, idcirco Christus quoque eum, qui petulanter atque impudicè oculos pascit, adulterum esse pronunciauit: quo videlicet non facinus duntaxat, sed etiam cogitationem prohiberet. Atque ad eundem modum, Lex quidem de homicida, Christus autem de eo quoque, qui irascitur, supplicium somit. Illa enim manus, hic animæ leges sancit, ac dum radicem oriri non patitur, ramos etiam antè cohibet. Quæ cum ira sint, oculum & iracundiam velut iniecto fræno coercere: ne ille ad adulterium, hæc ad cædem te velut porrecta manu ducat.

Hermينو Comiti. 255.

Da operam, vir optime, ne te tanquam, vnum è vulgo, immutet rerum secundarum aura, verum firmum atque constantè amicis seruet philosophia, cù qua es educatus. Illud enim imperitis ac gregariis contingere solet: hoc autem iis, qui ingenti sapientia præditi sunt: quorum in cæterum nomen tuum ascriptum est.

Eudæmoni. 256.

In laudem pij Episcopi certamè descendere minime fortasse dubitassem, nisi illud veritus fuisset, ne si ipsius virtutibus in-

δὲ ζῆλὸν εἰπεῖν, τὰ ληθεύει λογιδίον μοι ἐγράψαι γεγραπθῆαι τὰς μὴ εἶναι εἰμαρμένους. ὡς δὲ πινὼν μὲν ἐκ- γεμασθῆναι, ὡς δὲ πινὼν δὲ καὶ τῆς ἀλ- λων συγγραμμάτων τῶν εἰς τὸ τοῦ ὡς πινὼν πεπονημένων παρεκρίθη, καὶ πα- ρεχάλεσας τὸ τό σοι πεμφθῆναι, πέ- πομφα αὐτό τοι γὰρ οὐ μὴ Σπό τῆς φήμης ἀμφίζε, ἀλλὰ ἀκριβῶς βα- σαίνισας δοκίμασον. καὶ εἰ μὲν εὐ ἔχει, τὸ γὰρ ἰσθί. εἰ δὲ δόξει σοι ἐλλιπῆ γεγραπθῆαι, τῇ ἀθροαπτην ἀσθενεία συγγραψασε τῇ μὴ δυναμένη ὡς βέλ- ται φερεῖται.

Παύλῳ. σιδ.

Ἐπειδὴ οὐκ τὸ ὄραν τὸ εἶναι πικρῆται, ἀλλὰ τὸ καὶ ὁ Χριστὸς τὸν ἀνό- λαιστος ἐπιδίνα τὰς ὄψεις μοιχρὸν εἶται ἀπεφύνατο, καὶ τὸ ἀφ᾽ ἑνὸς μόνου, ἀλλὰ καὶ πᾶσι ἔνοιαι παρεμασθῆναι, καὶ ὅτι τὸ φόνος δὲ, ὁ μὲν νόμος τῶν ἀδελφῶ- νου, ὁ δὲ Χριστὸς καὶ τὸν ὀργισθῆναι πικρῆται. ὁ μὲν γὰρ τῇ ψυχῇ, ὁ δὲ τῇ χειρὶ νομοῦται, καὶ ἀλλὰ τὸ μὴ συγγραψῆσαι φωνῆ πᾶσι βίβας, καὶ πᾶσι κλάδεις παρεμασθῆναι. χαλίνους τοῖνυν καὶ τὸν ὀφθαλμὸν καὶ τὸν θυμὸν, ἵνα μὴ ὁ μὲν εἰς μοιχείας, ὁ δὲ εἰς φόνου σε χειραγωγῆσθαι.

Ερμίνῳ κόμισι. σνε.

Μὴ μεταβαλλέτω σε, ὦ ἀριστε, ὡς ἕνα τῶν πολλῶν, ἐνημερίας ἀρεθῶν, ἀλλὰ φυλαττέτω βέβαιον τοῖς φίλοις ἢ συνπροφους φιλοσοφία. ἐπιεῖτο μὲν γὰρ τοῖς ἀπειροχάλοις καὶ ἀγαθῶν εἶωθε συμβαίνειν. τὸ τοῦ τοῖς κομι- δῆ σοφοῖς, ὡν εἰς τοῖς ἀλλοθον εἰ- γεράφης.

Εὐδᾶμονι. σισ.

Ἐτόλμισα ἂν εἰς τὸ ἀγῶνα τῆς γκαμίαν ἔθροφιλοῖς Θεοδοσίῳ ἔθροπικόπυ κα- πλθεῖν.